



**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

332. feria 4. de alijs perfectionibus divinis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

590 Feria 3. Dom 23. post Pentecost.

Filiij sui, ut ait in quodam sermone Concil. Ephes. Deus non pro re injuriosa habuit, quod est causa salutis ac remedij animarum. Et Theophilus. in Joann. cap. 13. Deus pro re decenti habuit, quidquid ad animarum salute, bonumque spirituale pertinebat. Detestabor omne peccatum, quia, ut ait D. Chrysost. Homil 25. ad pop. Nihil aliud triste, quam Deum offendere.

8. Deus est Omnipotens. Imitamur tenebrosam omnipotentiam manca libertate faciendo impunè, quod non licet, inquit D. Augustin. lib. 2. Conf. c. 6 cur non potius omnem nostram potentiam Legi divinæ accommodamus? Velle plus posse? Quidquid vis, & non potes, factum Deus computat. ait S. Augustin. in Psalm. 37.

9. Deus usque modo operatur D. August. in Psalm. 103. in verba illa: Diabolus stet à dextris ejus, ait: Dicendum est, quia opera diaboli preposuit operibus Dei. Cum spiritualia instant, exteriora differantur, monet D. Greg. in lib. Reg. cap. 16.

10. Deus est Pater noster, cuius imago sumus: intellectu enim nostro Deum capere possumus. Filius honorat Patrem, si ergo Pater ego sum, ubi est honor meus? Malach 1.

MEDITATIO CCCXXXII.

Feria 4. Domin 23. post Pentecost.

De alijs perfectionibus divinis.

E Stea

st.
ncil.
quod
heo-
centi
umq;
ecce-
s. ad
dere.
ene-
rtate
it D.
atius
e ac-
uid-
utat.

st. in
dex-
aboli-
tant,
lib.

iago
pere
P 4-
L.
ost.
Stea

Peria 4. Domin. 23. post Pentecost. 591

Esterili tenebrarum abyssō, in fœcundi-
tatis divinæ abyssum lucidam intrabo,
& petam majorem perfectiorum Dei co-
gnitionem.

1. Deus est Pater futuri seculi, nos Filij &
hæredes vitæ æternæ, quos complacuit sibi
eligere. Cælestes divitiae non nisi damno seculi
possidentur. ait S. Augustin, in Psalm. 71.

2. Deus est Patiens, Alia est patientia in
tolerandis doloribus, alia in contemptu:
hæc sola in Deo locum habet, vindictam in
injurijs cohibente, ut patet in Angelis volen-
tibus colligere zizania, Matth. 13. Utique
patientia in Christo summa, nobisque imi-
tanda: quia, ut ait S. August. serm. 1. de Verb.
Dom. Tota vita ista intelligibilius tribulatio est:
sunt enim duo tortores anima: Timor & dolor.
Cuius tibi bene est, times, cum male est, doles.
Tertull. addit lib. de Patient. cap. II. Nulla
est perfecta virtus, qua non habet comitem pa-
tientiam, ut patet discurrenti per 8. Beatitu-
dines, & 18. proprietates charitatis.

3. Deus est Pax. Anima Deo, anima caro
subdenda, ait S. August. tr. 43. in Joan. Quod
fit per virtutem: quia virtus unit voluntati-
tem, & appetitum cum recta ratione, vitium
dividit: quia vitium fit, si male utamur affe-
ctibus, inquit S. Hieronym Epist ad Demetr.
Igitur Virtus est causa pacis, vitium discor-
dit,

592 Feria 4. Domin. 23. post Pentecost.
diæ, unde pena sibi est omnis inordinatus
animus. Ex adverso, Beati pacifici. Id est, fa-
cientes pacem inter carnem & spiritum, ait
Hugo Cardin. in Matth. 5.

4. Deus est *Pius*. Pietatis est assistere filio,
eumque, ubi adoleverit, exercere, ne tor-
peat, ac hæredem constituere, quæ omnia
Deus Pater præstat. Si, ut ait D. Chrysost. in
1. ad Cor. 4. *Pietas insatiabilis est*, quomo-
do ad obsequia Dei piissimi Patris langueo.

5. Deus est *Perfectissimus*. Perfectum est,
cui nihil deest. Non possumus obtainere per-
fectionem Dei per identitatem; non enim
possumus deificari, superest, ut per imitatio-
nem similes Deo siamus. Quando ad tuam
similitudinem ascendam? *Quæ major digni-
tæ, quam ijsdem hominum vestibus indui, qui-
bus ipsemet Dominus*, ait S. Ambrosius de
dignit. human. cond.

6. Deus est *Perseverantie Dator*. Nullus
perit, nisi, qui gratiæ Dei deest, gratiæ Dei
quisque deest ex voluntate infirma, frustra
sibi imperante: quia non ex toto vult; non
autem ex toto vult, quia est arduum, inquit
S. Augustin. lib. 3. Confess. c. 9. Remedium
est petitio gratiæ, meditatio, suique victoria.

7. Deus est *Prædestinator in Christo*, qui
suos non signis, sed charitate dignosci vo-
luit. *Si sperare Te præcipiente debeo, pro-*
ptes

Feria
pter c
enim
unus e
reor,
ampli
omni
non fa
tu hor
Creato
bonan
8. I
spatium
imme
ergo e
omnib
dantia
gusti
piasfer
9.
omnis
exemp
& inde
bo ex
purus
testen
ab eo
fundat
de do
10

pter charitatem tuam perpetuam (uno
enim amore diligis Te, & Tua) quod sim
unus ex predestinatis, quantum pœnam me-
tor, quod omne peccatum non horream
amplius, quod te non magis timeam, quod
omnibus modis electionem meam certiorem
non faciam. *Sicut ad malum prior est volun-
tu hominis, sic ad bonum prior est voluntas
Deatoris.* Lib. 13. de Civit. 15. Petam hanc
bonam voluntatem.

8. Deus est *Præsens ubique*. Quodcumq;
spatium fangi potest, ibi est Deus: quia est
immensus: est enim omni modo infinitus,
ergo etiam infinitus extensione. *Vnde in
omnibus Santi sunt alij sanctiores?* Nisi abun-
dantius habendo habitaculum, inquit S. Au-
gustin. Epist. ad Dardan. *Sis mihi magis*
pasens cogitatione & amora.

9. Deus est *primum Principium, res pectu-*
omnis creaturæ, omnisque causæ effectricis,
exemplaris, & finalis: antiquitate, dignitate,
& independentiâ summum. Ab hoc pende-
bo ex toto, gratus ejus exemplum imitabor,
purus eum finem habebo in omnibus: po-
test enim me destruere cum ijs, propter quæ
ab eo separor. *Non idem finis, quia non idem*
fundamentum, ait Chrysost. Orat. 4. ad pop.
de domo una corruente, alterâ stante.

10. Deus est *Protector. Via saculi tene-*
bris,

194 Feria 5. Domin. 23. post Pentecost.

bræ, & lubricum; horrenda via tenebræ solæ, lubricum solum quis non caveat? in tenebris & lubrico quæ is? Ubi pedem figis? Tenebræ sunt ignorantia, lubricum concupiscentia quod si accedat Angelus persequens, væ! Cui Deus non erit Protector. Ita S. Augustin. in Psalm. 34.

MEDITATIO. CCC XXXIII.

Feria 5. Domin. 23. post Pentecost.

De alijs perfectionibus divinis.

V Ideo Dominum sicut visus fuit in monte, in caligine inter fulgura & tonitrua, & rursum in sibilo auræ tenuis. Petam cum amplius agnoscere.

1. Deus est Prudentissimus: deliberavit de singulis. Non est homin scire, quid velit, & posse, sed potius a Te grossum hominis dirigitur, ait Augustin. Soliloq. cap. 25. Quia creaturarum natura non prodest, nam obest saluti, providentia Dei speciali me committam unice.

2. Deus est Pulcher. Pulchrum esse definit coram pulchriore. Infimus gradus pulchritudinis est forma externa. Alter est interna, pulchrior, continens externam, ut semen plantas. 3. Est animalium, vegetativum superans. 4. Est animæ rationalis. 5. Est Angeli. 6. Beatorum, qui gradus superat pulchrum totius

Feria
totius
infiniti
propo
lyram
umen
non a
placen
mirem
Inqui
christu
na id
beatus
3.
mpidi
quam
ledoc
neast
4.
operi
lia S.
5.
de reg
quisqu
cum a
lib. d
6.
impa
fecit:
Gaudet